

N FESTO JUBILAEI SACERDOTALIS  
ADM. REV. P. MAG.   
**NICOLAI M. GIANNINI**  
**PRIORIS.**

MDCCCLV - DIE NATIVITATIS DOMINI - MCMV



SERIES PRIORUM FLORENTINI ARCHICOENOBII  
D. ANNUNTIATAE



FLORENTIAE  
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA S. JOSEPH

1905

SERIES OMNIUM PRIORUM QUI AB ANNO 1250  
AD NOSTRA HAEC USQUE TEMPORA PRAE-  
FUERUNT CONVENTUI D. ANNUNCIA-  
TAE DE FLORENTIA O. S. B. M. V.  
OLIM S. MARIAE DE  
CAPHAGIO.

AUCTORE P. M. PHILIPPO TOZZI  
EX IUSDEM ORDINIS



FLORENTIAE  
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA S. JOSEPH

—  
1905

*IMPRIMATUR*

*Dicitur Florentiae ex Curia Archiepiscopali*

*die 22 Decembris 1905.*

*Can. Alex. Crolli Vic. Gen.*

*Cum licentia Superiorum Ordinis.*

ADMOD. REV. PATRI MAGISTRO

NICOLA O M. GIANNINI

FLORENTINI ARCHICOENOBII D. ANNUNTIATAE

PRIORI

QUINQUAGESIMO SUI SACERDOTII ANNO

HANC PRAEDECESSORUM SERIEM

EIUSDEM COENOBII SODALES

ALIIQUE CONFRATRES

GRATI ANIMI ERGO

## LECTORI BENEVOLO

---

**Q**uum, anno quinquagesimo jam jam exeunte, ex quo Adm. Rev. P. Magister Nicolaus Giannini ad Sacerdotium promotus est, Provincialis munere proxime functus atque in praesenti Prior huius Ven. Archicoenobii a B. M. Virgine ab Angelo Salutata nuncupati, par et congruum visum fuerit ut ex monumentis ineditis ad ipsum Coenobium pertinentibus aliquid hac occasione typis mandaretur, et in ipsius Viri benemerentis honorem dedicatur, nil aptius duximus quam seriem decessorum Priorum hujus Ecclesiae et Coenobii proferre. Ex eo enim patebit quot viris quantaque virtute praeditis Prior monaster successerit.

Quorum temporum annales persecutus P. Mag. Philippus Pozzi domo Florentia ex authenticis documentis anno circiter MDCCCLXX in unum collegit. Qui praestantis ingenii scriptor, cum diu hujus Archicoenobii Sodalis vixisset, partes primum Prioris Conventualis anno MDCCCLV atque LVI, postea vero Provincialis ab anno MDCCCLXI ad LXIV obtinuisse, non tantum istam Priorum seriem, sed et alia monumenta ad Sodalitatem nostram et ad totum Servorum B. M. Virginis Ordinem spectantia, scripta re-


liquit. Quibus in omnibus diligentiae aequae ac industriae laude praefulsit.


Commentaria quae ab anno MCCL incepta ad annum MDCCCLXX ipse Tozzi exaravit, quaeque ab alio scriptore ab anno MDCCCLXXI ad MDCCCV resumpta in autographo extabant, exinde usque ad aetatem nostram ex tabulis Provincialium Tuseiae ipsi supplevimus.

Neque mediocris utilitatis tum pro nostro Coenobio tum pro universo B. M. Virginis Servorum Ordine has tabulas in lucem edere, fore censuimus. Quamvis enim series ista juxta temporum rationem diducta, inabsoluta prorsus videri possit, utpote quae saepe saepius Priorum tantum Notitia reconcusat, nonnulla etiam desiderentur; prætiosa tamen scitu nonnulla exhibebit, quae aliunde in praesenti haberi non possent; cum perardum sit omnia monumenta evolvere, quae Tozzi in promptu habuit. Quaeque autem haec in cronotaxi desiderari videntur, medium difficile, sed et pene impossibile foret ut supplerentur.

Iunque confisi hoc opusculum fore ut lectori benevolo gratum accedat, maxime a Patribus Sodalitii nostri quibus cordi est tutela et editio commentariorum ad ipsum Ordinem respicientium, et ab omnibus qui studiis antiquitatis Ordinum Religiosorum delectantur, benigno vultu exceptum tri merito ac jure speramus.

*Florentiae, die 23 Decembris 1905.*





A. M. D. G.

SERIES

**Omnium Priorum qui ab anno 1250 ad nostra haec  
usque tempora prae fuerunt Conventui D. An-  
nunciatae de Florentia O. S. B. M. V. olim  
S. Mariae de Caphagio.**

- 1250 **B. Bonfilius Monaldius** Florentinus, quem ex regia Andegavensium familia prognatum ferunt, primus ex septem Ordinis nostri Fundatoribus e Monte Senario ad Coenobium et Ecclesiam S. Mariae de Caphagio a fundamentis excitandam Florentiam venit, ibique suburbano in agro (1) operi manus admovit anno 1250. Fuerat quidem Caphagi ab Anno 1337 diversorum satis angustum a primis nostri Ordinis Patribus extrectum in eorum commodum, qui cleemosynis colligendis in Urbem advenissent (2): Verum Bonfilii cura Apostolicaeque Sedis beneficio Florentini Populi accedente liberalitate, hospitium illud in Coenobium satis amplum surrexit; quod postea in maximam molem paulatim exerevit, cum Imago B. Virginis Annuntiatae Bonfilii eiusdem studio in pariete a Bartholomaeo depicta anno 1252 miraculis longe lateque clarescere coepit (3). Hoc in loco comitia Ordinis nostri habita sunt circa annum 1256 (4), in quibus B. Bonajuncta Manettus in Gene-

ralem est electus. Praefuit Bonfilius Caphagi Coenobium ad Annum 1254, non minus ac universo Ordini ad annum 1256, eiusdemque Ordinis primus fuit Generalis (5). Beati huius viri gesta prostant apud inumeros Ordinis nostri scriptores.

Obiit p.<sup>a</sup> Ianuarii 1262.

(1) Pertinebat ager ad Bonvicinum Fraenarium filium q. Ceci pro tertia parte et Orlandum filium Aldobrandini Drudoli, patremque eius pro alia tercia parte, et Bencivennum filium q. Guernerij pro reliqua portione, qui omnes Henrico Baldovini recipienti pro Domino Papa agrum vendiderunt, *pro eleemosyna facienda circa fratres Ordinis, seu Conventus Ecclesiae S. Mariae de Monte Sonaio*: quemadmodum constat ex instrumento asservato in tabulario Florentini Coenobii numero 35, pro manu f. Guilielmi Foresi Gottifredi die Veneris Kal. Iulii anno 1259, Ind. 8.

(2) Ann. tomo I, p. 28. Hospitio huic praefuerat B. Bonajuncta Manettus. Ann. p. 48. Verum cum iura Coenobii acquisierit ab anno 1250 dumtaxat, ideo B. Bonajunctam Manettum tanquam primum huius loci Priorem statui non posse existimavimus.

(3) Vide Apologiam Fratris Prosperi Bernardi Annal. tomo I, pag. 60.

(4) Bonajunctam censuit Giani fuisse electum Generalem A. 1255 ex quibusdam contractibus Archivii Conventus Florentini, in quorum altero anni 1255 dicitur Caphagi Prior; in altero Generalis Ordinis Servorum. Quacumque adhibita diligentia datum mihi non fuit hoc secundum instrumentum reperire; primum dumtaxat reperi, in quo Iohannes Florentinus Episcopus *Fratri Bonajunctae Priori Fratrum de Caphadio qui dicuntur servi Sanctae Mariae*, agrum eorumdem Ecclesiae finitimum vendit rog. f. Francisci de Monteficalli a. 1255, 12<sup>o</sup> Kal. Martii Indictione 14. Ex apposita autem Indictione facillimum est coniicere annum hunc veteri Florentinorum more esse quidem 1255 ab. Incarnatione; sed Romano 1256, cui respondet Indictio 14.<sup>a</sup> Igitur non anno 1255 sed post diem 12<sup>a</sup> Kal. Martii anni 1256 potuit eligi in Generalem B. Bonajuncta Manettus. Suspicer autem lapsum fuisse Giani ex aequivocatione duorum contractuum A. 1265 de quibus infra ad annum 1265.

(5) Primum Ordinis nostri Generalem fuisse B. Bonfiliu nostra hac aetate certum et exploratum habetur. Miror tamen, Nicolaum Seniorem de Pistorio citari pro eorum sententia, qui primum voluere Generalem B. Bonajunctam Manettum. Ita quidem in impressis exemplaribus legitur eiusdem Nicolai; sed vix inspecto Codice ms. deprehenditur nota numerica ibi a scriptore adhibita non primum, sed secundum Generalem designare; praeципue si nota illa cum aliis in eodem Codice occurrentibus conferatur, characterisque debita habeatur ratio. Sed si primum existimasset Generalem Bonajunctam cur quartum postea fecisset B. Manettum Antellensem, qui

uno tantum interposito Iacobo a Podio Bonitio distasset a B. Bonajuncta? Quartum certe Generalem faciunt Bonajunctam, tum Codex Ms., tum reliqui Codices impressi.

Codex Ms. asservatur in Archivio Conventus Florentini.

Caeterum B. Bonfilium Anno 1250 nedum Generalis, sed et Prioris Caphagi regimen exercuisse satis indicant versiculi rhythmicci citati a Prospero Bernardo in sua apologia, qui leguntur Codice 409 Bibliothecae Coenobij Florentini:

Nel 1249 Priore fui de Montesenario.

E poi nel 1250 fui fondatore de la nuntiata,

Fuora di Firenze la gloriosa pianta.

Si come è scripto senza errore.

Preghiamo quella ce preste gratia tanta.

Che scampiamo de' gli errori et guai.

Fra bonfigliolo da Firenze me chiamai

Item ex iis quae leguntur to. I. Ann. pag. 62, 69.

1254 B. **Bonajuncta Manettus** Florentinus alter ex septem Ordinis nostri Fundatoribus substitutus Caphagi Prior a B. Bonfilio Monaldo (1) Anno 1254. Coenobium rexit ad annum usque 1256, (2) quo a Patribus post B. Bonfilium ad supremam Ordinis praefecturam est assumptus. Obiit die 31 Augusti anni 1257.

(1) Ann. t. I, pag. 71.

(2) Vide notam 4<sup>a</sup>m in vitam B. Bonfilii.

1259 B. **Bonfilius** Prior S. Philippum Benitum habitu nostri Ordinis induit (1).

(1) Legenda Petri de Tuderto pag. 9.

1259 Fr. **Andream** hoc anno Priorem S. Mariae de Caphagio fuisse, discimus ex instrumento f. Raynerii de Monteficalli rog. octavo Idus Iulii Indictione 2<sup>a</sup> A. 1259, quo Consilius Loteringi, et Arctinus Bencivennis Aretini eidem Andreac agrum vendunt in Caphagio, libris 100 (1). Ganius ad hunc annum (2) praefectum ait Caphagi Coenobio B. Amideum, evocatumque hac de causa a regi-

mine Senarii Florentiam. Vel igitur similitudine nominis deceptus est Giani; vel si ex probatis monumentis notitiam illam hausit, dicendum, Amideum successorem datum Andreae post diem octavam Iulii; ac fortasse, Andream hunc post B. Bonajunctam ad haec usque tempora Caphagio praefuisse. De hoc Andrea, nisi forte, vel Balduccius, vel alter dictus Homodei sit (de quibus infra) nil nisi nomen in allato instrumento memorato occurrit.

(1) Extat in Tabulario Florentini Coenobii num. 45.

(2) Ann. t. I, pag. 82.

1259 **B. Amideus de Amideis.**

— Vide quae a nobis modo dicta sunt de Andrea.

1264 **Fr. Restaurus Florentinus** unus ex Vicariis Generalibus Capituli anni 1263 (1) Senis habitu, hoc anno 1264 Prior S. Mariae de Caphagio (2). Summo habitus est in praetorio a primis nostris Patribus. Iterum enim Prior Caphagii substitutus a B. Manetto anno 1265 (3): inde ad comparandum Ordini nostro locum in Civitate Urbevetana missus (4): demum a S. Philippo Benitio in Galliam cum potestate Provincialis seu potius Vicarii Generalis destinatus A. 1278 (5). Eumdem Giani fecit primum Romanodiiae Provincialem A. 1263 (6). Verum aut Florentinum Coenobium simulque Provinciam Romandiiae administravit, aut secunda haec praefectura cito se abdicavit. Anno etenim 1264, ac forte etiam 1263, Prior erat Caphagii (7).

Apud Patrem Richa tomo VIII dicitur F. Restaurus de Serristoris, et eius mors consignatur ad A. 1284.

(1) Ann. tomo I, p. 88.

(2) Ex instrumento f. Alberti Ristori 7 Februarii A. 1263 Indictione 7<sup>a</sup> (idest Anni 1264 a Nativitate) quo *Rossellinus*, qui Rosso vocari debet, Florentinus, q.<sup>m</sup> D.ni Gottifredi, q.<sup>m</sup> D.ni Bernardi Gottifredi de Tosinghis

vendit f. Crjstiano Sindico, et Procuratori Fratris Ristori Prioris Conventus Fratrum dictorum Servi Sanctae Mariae quamdam petiam Terrae positam in *Caphagio*. Inter coeteros testes, qui adfuerunt huic instrumento, enumeratur F. Manettus de Florentia Prior Fratrum qui dicuntur Servi Sanctae Mariae, de Luca.

(3) Ann. tomo I, p. 94.

(4) Ibidem p. 95: Et ex conventionibus inter Nicolaum Abbatem Monasterii S. Severi Urbisveteris, et F. Ristorum Priorem S. Mariae eiusdem Urbis A. 1265 Indictione 8<sup>a</sup> rog. manu Rolandi de Baln.; et ex novis conventionibus inter eundem Abbatem, et Fratres nostri Ordinis A. 1270 Ind. 13 rog. per Petrum Ildebrandini Accomanni, ex quibus eruitur, hoc anno 1270 Priorem fuisse illius Coenobii Restaurum. In quodam exemplari huius instrumenti legitur Annus 1260: mendosum probat Indictio 13 adiuncta, et praefectura Generalis in eo tributa S. Philippo eodem anno.

(5) Ann. tomo I, p. 124.

(6) Ibidem pag. 89, 266.

(7) Ex instrumento relato nota 2<sup>a</sup>, ex quo facillime coniici potest eius regimen coepisse a Majo aut Iunio Anni 1263.

1265 B. **Manettus Antellensis** Caphagii Prior ex Gianio, (1) eodem anno Generalis renunciatus in Scensibus Generibus Comitiis post Iacobum a Podio Bonitio (2). Henricum Balduini pro Oblato et Converso recepit, quem plurimum postea *in religiosa perfectione, cum profunda humilitate profecisse* ait idem Gianius (3). Ex monumentis tamen Florentini Coenobij habemus, Henricum veluti imparem ferendo jugo Regularis observantiae, facultatem petiisse, et impetrasse Anno 1268 a F. Francisco tunc Caphagij Priore, reliquisque Patribus manendi extra Claustra in contubernio suae uxoris (4). Obiit B. Manettus Anno 1268, 20 Augusti.

(1) Ann. to. I, pag. 93.

(2) Ib. pag. 93. In Tabulario Archivii Coenobij Florentini duplex occurrit Instrumentum, in quorum primo die 5 Octobris Anni 1265 rog. manu F. Gratiani dicitur Prior S. Mariae de Caphagio: In altero die 6 Octobris eiusdem Anni, rog. manu eiusdem Notarii Arrigus Balduini, qui hesterna die, ac primo instrumento agrum cum quibusdam domibus Coenobio nostro vendiderat, hac die 6 Indictione 9. (quae certe huic anno non respondet) *coram Altare Ecclesiae de Cafaggio obtulit se cum omnibus eius bonis pro devoto et Converso ipsius Ecclesiae, et Fratrum, et Conventus dicti loci, et Ordinis Fratrum Servorum S. Mariae de Cafaggio in manus F. Manecti*

Prioris Generalis.... promisit dicto Priori, se perpetuo stare pro Converso, et Devoto, et obedire dicto Priori, et eius *successoribus*.

(3) Ann. to. I, p. 96.

(4) Numero 51.

1265 Fr. **Restaurus**, de quo supra, assumpto ad Generalem Ordinis Praefecturam B. Manetto Antellensi, renunciatur ab eodem iterum Caphagij Prior (1).

(1) Ann. tomo I, pag. 94.

1268 Fr. **Franciscus** (1).

(1) Ex Tabulario Florentini Coenobii num. 51, 52, 53, 54.

1270 Fr. **Philippus** (1).

(1) Ex instrumento manu f. Bene Renaldi de Vallia 25 Iulij num. 54.

1280 \* Fr. **Iohannes** (1).

(1) Ex instrumento rog. per f. Bene Filium Renaldi de Vallia 18 Maij Indict. 8. Extat in Archivio Coenobij Florent. num. 65.

1280 B. **Lotheringus de Stupha** (1).

1281 Idem (2).

(1) Ex compromisso inter Fratres Servorum S. Mariae de Caphagio, et F. Guidonem Spadacciam, Guidonem Bellindoti, Bernardum Lamberti, Foresinum Guidonis della Via, aliosque, rog. per f. Maconem de Monteregio Filium Melioris 1280 Indict. 8, 10. 7bris: et ex arbitramento Iohannis Michaelis Bertelde Vicarii Capituli Florentini Sede Vacante, Aliotti de Alleis, et Aldebranti de Cerreto subscripto manu Iohannis olim Maneeti imperiali auctoritate iudicis et notarii die 10 Decembris eiusdem anni Indict. 9 (non congruit).

(2) Ex charta f. Domodei Dati die 23 Maij, in Archivio nostro num. 67.

1282 Fr. **Iacobus** Prior S. Mariae de Caphagio (1).

(1) Ex instrumento Rajnerii Vinoii A. 1281 Ind. 10 (idest 1282) die 13 *exeunte mense Februari*, quo Iacobus Prior Fratrum, et Conventus, et

Capituli Ecclesiae S. Mariae de Caphagio acceptat et adit cum beneficio Legis et Inventarii haereditatem q.<sup>m</sup> Rainerii Guidonis Ciabactelli.

- 1284 Fr. **Iacobus** Prior S. Mariae de Caphagio (1). Idem forte qui supra.

(1) Ex contradictorio eiusdem F. Iacobi Prioris coram Iohanne Priore S. Michaelis Berteldae Vicario Ecclesiae Florentinae vacantis subscripto per F. Bonajutum Iohannis Cambii 1284 Ind. 12. Kalendis Aprilis.

- 1285 Fr. **Benignus** Caphagii Prior relictus est a S. Philippo Benitio Florentia proficiscente, qui eius Orationi et locum, et seipsum plurimum commendavit (1).

(1) Ann. to. I, pag. 135. Idem in notulis MSS. ad Annales.

- 1286 Fr. **Hugo Grita** \* (ita legitur in Regesto B. Lothingi) (1). Oeconomiae, ac aedificio Coenobii Florentini ferme semper addictus. Iterum Prior electus est A. 1289. Obiit A. 1299 (2).

\* Grinta.

(1) In Regesto Lotharingi folio 2<sup>o</sup> et 3<sup>o</sup> in lib. memorab. fol. 3.<sup>o</sup>

(2) Ex libris Introitus eiusdem Anni mense Februarii fol. 25 ubi vendita leguntur indumenta F. Hugonis a Paradiso, qui est suburbanus Florentiae locus. Nec sane in nostris libris ulla de Hugone mentio amplius occurrit. Gianius hoc anno Priorem dicit Annuciatae F. Antonium (tom. I, pag 158) sed nescio quo fundamento. Citatur equidem in notis, Lothingi Regestum folio 8. At ex hoc eodem loco constat, Fr. Antonii praefecturam referendam ad A. 1288.

- 1287 Fr. **Iacobus Spinillotti**, seu **Spinillocti**; utrumque enim legitur. (1) Mense Iunio Prior.

(1) Ex libro p.<sup>o</sup> memorabilium fol. 8.

- 1288 Fr. **Antonius** de Florentia. (1) Prior mense Iunio.

(1) Ex citato libro memorabilium folio 25.

1289 Fr. **Hugo** superius memoratus Prior mense Majo (1).

(1) Ex instrumento rog. manu F. Cantis Azzi 22 Maij. Idem ex alio instrumento manu F. Miniatis Iacobi a S. Miniate deprehenditur Hugo Prior die 21 Augusti huius Anni: Atque ex citato libro memorabilium fol 75, die 22 Settembris.

1290 Fr. **Iacobus Rota**, seu **Rotae**, a B. Manetto primus Provincialis Lombardiae designatus iuxta Giani, (1) Mense Majo huius Anni Florentini Coenobii Prior eligitur. (2) Anno 1291 Romanam Provinciam regebat (3); unde Florentiam reversus, in patrio Coenobio vitam cum morte commutavit Anno 1301 (4). Forte etiam administravit Etruriae Provinciam; inter Piores etenim Provinciales enumeratur quidam Iacobus A. 1298 (5). Verum cum nullibi designatum repererim agnomine Rotae, id pro certo asserere non ausim.

(1) Giani, tomo I, Ann. p. 94, 266.

(2) Ex instrumento F. Maconis Miglioris de' Monterejo 19 Maij.

(3) Ex instrumento Professionis editae Urbeveteri A. F. Meo del Mazza Senensi 26 Augusti Indict. 4 rog. manu F. Cambij Petri Cittadini.

\* (4) In quodam Libro memorabilium Coenobii Florentini in 4<sup>to</sup> legitur: *reddidimus* F. Andreae Priori Generali die 25 Mensis Maij intrantis sub Anno Domini 1301 de supradicto debito 43 florenos aureos, quos habuimus de libris, pannis, et rebus, quae fuerunt F. Iacobi *Rotae*.

(5) Ex instrumento Professionis Senis editae a F. Petruccio Baldi Carnificis Senensi.

1291 Fr. **Andreas** a Burgo S. Sepulchri, incertum an Balducius, vel Homodei, Prior hoc Anno (1).

(1) Ex instrumento rog. per F. Maconem Miglioris de Monterejo 8 Augusti A. 1291 et ex altero rog. per eundem die 31 Xbris eiusdem Anni.

1293 Fr. **Sosthenus** Florentinus Prior hoc Anno (1). Familiaris fuit B. Loheringo de Stupha, eumque in suis itineribus saepe est comitatus. Iterum ac tertio Prior Florentini Coenobii renuntiatus est, ut infra dicemus.

(1) Ex instrumento rog. per F. Maconem Miglioris de Monterejo die 30 Octobris huius anni, quo Compagnus Cosae a Corgliano Conversi habitum

induit in Coenobio nostro. Sosthenei huius fit mentio frequentissime in Lo-  
theringi Regesto.

- 1294 Fr. **Andreas** (1) **Homodei** a Burgo S. Sepulchri. Hunc  
scriptores nostri confundunt cum Andrea Balduccio, atque  
ex duobus unum faciunt, reclamantibus veteribus MSS., atque  
ipso etiam Generalis Lothingi Regesto, in quo alter ab  
altero apertissime sejungitur (2). Iterum A. 1301; ac forte  
A. 1297 Florentino praefuit Coenobio.

(1) Andreae nomen habemus, ac regimem ex citato memorabilium li-  
bro in 4º. Agnomen ex Regesto Lothingi folio 41.

(2) Cum uterque Andreas a Burgo S. Sepulchri originem traheret,  
atque uterque veluti comes itinerum Lothingi Generalis exhibetur in eius  
Regesto, existimarunt Scriptores nostri Ordinis uni Andreae Balduccio haec  
omnia tribuenda, qui aliquando dicatur Homodei ob summam morum probi-  
tatem cum summa in Deum reverentia coniunctam. Ita Gianius tom I,  
Ann. pag. 226 quem coeteri secuti sunt. Sed ut omittam, quaedam dici in  
Lothingi Regesto de Andrea Homodei, quae Balduccio convenire nulla  
ratione possunt, duo proferam monumenta ex MSS. Archivi nostri desumpta,  
quae rem plane conficiunt. P.º igitur in toties citato Memorabilium libro in  
quarto fol. 9. Andreas Balduceius Generalis init rationem cum F. Andrea  
Homodei Priore Conventus Florentini; atque haec ibi leguntur: *Salda* ra-  
tione cum Fratre Andrea Priore Generali, coram F. Andrea Homodei tunc  
Priore Conventus Florentiae, Fratre Angelo de Florentia Procuratore dicti  
Conventus, F. Andrea Florentino, F. Sostegno, et Fratre Gerardo de Adi-  
maribus de omnibus debitibus suprascriptis, et aliis debitibus scriptis in Libro  
Prioris Generalis sub Anno Domini 1301 die 25º Mensis Maij intrantis, di-  
ctus Prior Generalis debet adhuc habere a Conventu floranos ducentos quin-  
que florenorum *aureorum* 2º. in Regesto Generalis Andreae Balduccij fol. 3,  
haec leguntur: *F. Andreas Prior Generalis tenetur pro Ordine F. Andreae  
Homodei de Burgo S. Sepulchri, quos praestitit sibi Bononiae sub Anno Do-  
mini 1306 die 14 Mensis Ianuarij lib. XX bon. Habuit dictus F. Andreas  
de praedictis denariis eodem Anno die penultima Ianuarii lib. XX Bon.*  
hoc est libras 20 Bononienses, seu Bononeorum. Mirum ad haec non adver-  
tisse Gianum, et Garbium, qui ut ex eorum notulis appareat priori Libro  
inscriptis, utrumque Librum persolverunt.

- 1295 Fr. **Hugo**, de quo supra ad A. 1289 iterum Prior (1).

(1) Ex libro accepti folio 1.

- 1296 Fr. **Franciscus de Malognanis** Florentinus Prior (1). Andreae Balduccii Generalis studiotissimus fuit; eique ab Of-

ficio absoluto in Generalibus Comitiis Perusiis habitis opera et pecunia adfuit (2). Obiit Anno 1307 (3).

(1) Ex Libro accepti folio 8, et ex Libro expensi fol. 11. Fallitur proinde Gianius, qui tomo I, Ann. pag. 228 hoc anno Priorem reperiri in nostris monumentis ait F. Gerardum de Adimarijs.

(2) In Regesto Generalis Andreae haec leguntur : *Isti sunt denarii, quos F. Andreas Prior Generalis, accepit sub mutuo causa satisfaciendi debita facta pro discordia quae fuit in Ordine pro electione Prioris Generalis sub A. Domini 1305 die 22 Mensis Iulii, et A. F. Francisco Malognani accepit idem Prior praedicta de causa 6 florenos de Auro.* Alibi in eodem Regesto hue, atque illuc cursitasse describitur pro eodem Generali ad eius famam, et auctoritatem tuendam.

(3) Ex citato Libro Memorabilium in 4º ubi fol. 19 venditum legitur eius Breviarium ; et ex Libro accepti folio 70, in quo pecuniae quibusdam a Malognano dum viveret, creditae enumerantur.

1297 Fr. **Andreas** Mense Iunio huius Anni Prior constitutus (1).

(1) Ex Libro Expensarum fol. 20.

1298 Fr. **Sostheneus** Prior hoc Anno 1298 (1).

1299 Confirmatus Prior ad alium Annum (2). Curavit funus B. Lotharingi de Stupha ex Gianio (3).

(1) Ex Libro Expensarum folio 27.

(2) Ex eodem Libro fol. 34 et ex Diario accepti fol. 27.

(3) Ita quidem Gianius tomo I, pag. 194. At cum Mense Iunjo Anni 1300. F. Sostheneus praefecturam iam absolvisset, nescio, qua ratione curare potuerit adhuc Prior Lotheringi funus, qui Septimo Idus Iulii A. 1300 ex hac vita decessit.

1300 Fr. **Iacobus Rota** iterum Prior hoc Anno (1). De hoc vide dicta ad A. 1290.

(1) Ex citato Memorabilium Libro fol. 11 et ex Diario expensarum fol. 44 ad Mensem Iunij.

1301 Fr. **Andreas Homodei**, de quo supra ad Annum 1294, hoc Anno iterum Prior (1).

(1) Ex citato Memorabilium Libro fol. 9 et ex Diario Expensarum folio 66, Vide Membr. 122.

1302 Fr. **Franciscus** (1) de Malognanis (2) iterum Prior.

(1) Ex Diario Expensarum fol. 72.

(2) Ex citato Memorabilium Libro fol. 9. Item ex Charta Professionis Dianaæ Uxor olim N. Davanzati, quae se in Conversam et Oblatam exhibet ante Altare B. V. Ecclesiae Caphagij rog. Iohannis Spigliati de Filicaja not. 23 Iunii 1302. V. Ann. to. I, pag. 198. V. num. 124.

1303 Fr. **Guido**, seu **Guidonus** de Cigiano (1). Prior (2) simulque Etruriae Praefectus (3) deinde A. 1306 Vicarius et Visitator Provinciae Lombardiae ab Andrea Balduccio Generali constitutus (4): demum Provinciae Romandiolae Praefectus A. 1315 (5).

(1) In Regesto Generalis Andreæ dicitur de Cigiano; itemque in Diario Expensi fol. 14 ad A. 1317.

(2) Ex Diario Expensarum A. 1303 fol. 80.

(3) Ita Gianius tomo p.<sup>o</sup> pag. 203, qui uno et eodem tempore Priorem Coenobii Florentini, et Etruriae Provincialem facit Guidonum.

(4) Ann. to. I, pag. 211; et ex Regesto Andreæ Generalis A. 1305.

(5) Ann. to. I, pag. 230 et ex Instrumento Professionis F. Nicolai de Florentia emissae Forolivii die 4 Martii A. 1315 Ind. 13 rog. per Petrum Bonaguarda: itemque ex altero Instrumento Professionis F. Ioannis Donati emissae Florentiae die 2 Aprilis A. 1315 Indictione 13 rog. Ioannis Bona-venturae. Extat utrumque in nostro Archivio.

1304 Fr. **Adimarius de Adimariis** (1) Prior (2). Saepius Florentino Coenobio praefuit, ut in sequentibus. In Libro Memorabilium fol. 9 vocatur Adimarius Falci. Obiit A. 1321 (3).

(1) Adamarium hunc ex Adimariorum familia prognatum asserit Gianius tomo I, pag. 228. Legitur in Tabulario nostro Instrumentum Professionis editae Senis a F. Adamario Bonaccursii 2 Februarii 1295 Ind. 8 rog. F. Guidonis Maffei. Si ad Adamarium nostrum Instrumentum illud referatur, adulta iam aetate ad Religionem accessisse dicendum erit, cum A. post Professionem octavo Prior reperiatur.

(2) Ex Libro Expensarum fol. 89.

(3) Ex Libro accepti fol. 3.

1305 Fr. **Sostheneus**, idem forte qui supra ad Annum 1298 Prior (1).

(1) Ex Diario Expensi fol. 103, et ex Andreæ Balducci Regesto.

- 1306 Fr. **Iohannes Piscis** Prior (1). Fuit forte a Castro Florentino (2).
- 1307 Confirmatur ad alium Annum (3).

(1) Ex Diario Expensarum fol. 104 et ex Instrumento Ormanni Banchi Ormanni.

(2) Ex Diario Exp. fol. 117.

(3) Ex Memor. Lib. fol. 15. Verum re melius perspecta puto Iohannem a Castroflor. alium esse, qui fuit Prior his temporibus, et forte Anno 1310.

- 1308 Fr. **Bonus** (1) de Anguillaria Prior; « Boni (2) » (\*).

(1) Ex Libro Memorabilium fol. 10.

(\*\*) « (2) Ex Lib. eod. fol. 7 ».

(\*) (\*\*) Alia manu.

- 1309 Fr. **Iohannes Piscis** iterum Prior (1).

(1) Ex Libro Memor. folio 10 et 12 et ex Instrumento rog. per Iohannem Bonaventurae p.<sup>a</sup> Aprilis Anni 1310. Hoc Anno die 17 Februarii obiit B. Alexius Falconerius ex Nicolao de Pistorio, qui eius morti Amideum Priorem adfuisse dicit contra fidem relati Instrumenti. Giani agnoscit Priorem F. Iohannem pag. 221 sed illi successorem dat F. Adamarium, atque sub hoc defunctum ait B. Alexium, non dubio certe errore, cum prima Aprilis adhuc esset Prior F. Iohannes. Si annus mortis B. Alexii supponatur Annus 1310 ab Incarnatione more Florentino, hoc est 1311 stylo Comuni omnia congruerent: atque aliunde facillime potuisset Nicolaus Pistoriensis Adamarii nomen in Amideum commutare. Verum Iohanni huic, non F. Adamarius, sed alter Iohannes a Castro Florentino ad A. 1310 succedit, ut infra.

- 1310 Fr. **Iohannem** a Castro Florentino Prioratum gessisse his temporibus, nendum constat ex iis, quae notavit in fine paginae praecedentis (\*), sed ex fol. 15 citati Libri Memorabilium, ubi legitur: *Memoria quod tempore Prioratus F. Iohannis de Castroflorentino etc.* Fuisse autem Priorem ab A. 1310 ad 1311 probabile prorsus fit ex iis quae leguntur folio 22<sup>to</sup> eiusdem Libri. Ibi enim dicitur: *Memoria quod emimus Casolare Montucci F. Alberti etc.. Illa emptio facta fuit tempore F. Adamarii tertii Prioratus A. 1314. Carta manu F. Ioannis Bonaventurae facta.* Haec

Charta reperitur in nostro Archivio ex qua discimus emptum *Casolare* die 8 Aprilis. Si vero F. Adamarius successisset F. Iohanni Pisci A. 1310, hic Annus 1314 non tertius, sed quartus fuisset eius praefecturae. Quocumque enim Mense electus supponeretur F. Adamarius, tertius Annus eius regiminis absolutus fuisset A. 1313 eodem Mense quo fuit electus. Igitur electio F. Adamarii reicienda est in A. 1311. Quinam igitur Prioratum gessisset ab Anno 1310 ad 1311? Non aliis certe, nisi Iohannes de Castroflorentino, cuius regimini nullus potest praeter hunc assignari Annus, ut percurrenti scriem hanc, monumentaque in eo citata innotescat.

Amideus cuius meminit Nicolaus de Pistorio, forte Prior erat Montis Senarij, quod cum non advertisset Gianius, Adimariumque circa haec tempora praefuisse sciret, Coenobio Florentino pro Amideo Adamarium posuit, eumque morti B. Alexii adfuisse scripsit, cum Nicolaus de Pistorio nihil aliud dixisset, nisi quod B. Alexii corpus *dal Padre Amadio Priore fue fatto portare al Sacro Monte perchè quivi riposasse cogli altri Santi nostri Padri.*

(\*) *Ad hoc intelligendum notandum est quod auctor ad hunc Annum assignaverat F. Adimarium de Adimariis cum nota sequenti: « Ex Lib. Memorab. folio 14. Ibi tamen notatur A. 1311. Mensis vero deest » et in alia nota (6). « His temporibus fuit Prior F. Iohannes de Castroflorentino; nec certe aliis posset illi dari locus quam ab Anno 1310 ad 1311. Obstant equidem quae de morte B. Alexij refert Gianius. At nisi tutiora invenerim monumenta pro Gianij opinione, a mea non recedo », et ad calcem folii adiunxerat. « In Libro enim Memorabilium fol. VIII notantur ad diem primam Mensis Aprilis Anni 1311 quaedam pecuniae de incertis acceptae; inde eodem charactere notantur alia; demum: F. Jacobus Niger debet habere a Conventu duos florenos aureos, quos praestitit tempore Prioratus F. Iohannis de Castrofloren-*

*tino.* Cum igitur Anno 1309 esset certe Prior F. Io: Piscis, et mense Iunjo Anno 1311 F. Adamarius, probabile certe est ab Anno 1310 ad A. 1311 Priorem fuisse Io : de Castroflorentino. Obiit hic Iohannes Anno 1326 ».

1311 Fr. **Adimarius de Adimariis** Prior (1).

1312 Idem (2).

1313 Idem (3).

1314 Idem (4).

(1) Ex Libro Memorab. folio 14.

(2) Ex Libro Depositorum, et ex Instrumento rog. per Iohannem Bonaventurae 6 Settembris.

(3) Ex Instrumento rog. per eundem 9 Iunij.

(4) Ex Libro Memorab. fol. 22. Gianius hoc Anno Priorem posuit F. Gherardum de Adimariis, sed nescio, quibus monumentis innixus id fecerit. Vide Giani p. 228.

1315 Fr. **Lambertus de Marischottis** Florentinus Prior (1). Obiit A. 1343 (2) (\*) « Bononiae ».

(1) Ex Libro Depositorum ad diem 6 Julij. Patria huius Lamberti colligitur ex Libro Expensarum A. 1324 fol. p.<sup>o</sup>

(2) Ex Diario Accepti fol. 23 (\*\*). « Vide Corn. Eccl. Ven. ».

(\*) (\*\*) Alia manu.

1316 Fr. **Lambertus Bartholi.** (Ita Monum. Senensis) de Prato alter a Lambert de Marischottis. Collega fuit et Consul-tor B. Lothingi ad id munus electus in Conventu Senis habito (1). Gessit praefecturam Provinciae Romandiola (2), atque Etruriae circa A. 1300 (3), eamdemque Etruriam rexit iterum A. 1312 (4). Tandem hoc Anno Prior Flo-rentini Coenobii renunciatur (5).

(1) Ann. to. I, p. 167.

(2) Ibidem p. 194.

(3) Garbius in addictionibus Gianij. Annales ib. p. 202. In nostris Monumentis legi Lambertum Priorem Provincialem Etruriae ad Annum 1297. Vide Lib. Expens. fol. 18.

(4) Ex libro Depositorum ad hunc Annum; et ex Instrumento Pro-fessionis F. Iohannis Guccii Florentini rog. per Iohannem Bonaventurae A. 1314,

(5) Ex eodem Depositorum Libro ad A. 1316 et ex Instrumentis Professionis Fratrum Simonis Ser Pepi, et Simonis Puccii a Monte Iovis de Muccello. A. Gianio Ann. to. I. pag. 248 dicitur F. Lambertus Aldelli de Prato.

1317 Fr. **Adimarius de Adimariis** (1).

1318 Idem (2).

1319 Idem (3).

(1) Ex Libro Expensarum fol. 1 et ex Tabulario Archivi num. 152, 153, 154.

(2) Ex Libro Expens. fol. 49 et ex Tabulario num. 159.

(3) Ex Libro Expensarum et ex Tabul. num. 161. Item ex Chartis Professionis F. Iohannis Francischi Dni Iacobi rog. per Iohannem Bonaventurae die 28 Augusti; F. Iohannis Guccii de Campo Corbolino, et F. Iusti Vitalis de Monte Carelli rog. per eundem sub eodem die.

1320 Fr. **Paulus Guccii** Philippi Florentinus Prior (1). Eius Pater inter praecipuos Coenobij nostri benefactores enumeraudus; Paulus vero filius inter eos, qui primis illis temporibus Religionem nostram illustrarunt. Iterum, ac tertio Coenobio praefuit Florentino, ut infra: Provinciae Praefecturam A. 1321 (2) rursusque A. 1335 gessit (3) quo in munere contra Petrum Ordinis Generalem coactis Florentiae quinquaginta Fratribus (4) extremae eiusdem Ordinis iacturae pro viribus occurrit. Sequenti Anno 1336, suspenso Petro ab Officio, cum quibusdam aliis Vicarius, et Visitator Apostolicus renunciatur (5): atque demum A. 1346 Florentinac Reipub. Camerarius (6). Obiit circa A. 1350 (7).

(1) Ex Libro Exp. fol. 77: itemque ex Chartis Professionum F. Bonaventurae Banchi, F. Iohannis Cantini, F. Iacobi Fei, F. Philippi Seris Bonajuti rog. per Lottum Puccii die 12 Augusti.

(2) Ex Lib. Exp. fol. 113.

(3) Ex Lib. accepti fol. 22.

(4) Ann. to. I, pag. 273; et ex Instrumento rog. per F. Garium Dni Bartholomaei de Pistorio.

(5) Ann. to. I, pag. 275.

(6) Ex Lib. Accepti fol. 43.

(7) Ex Lib. Exp. fol. 7.

- 1321 Fr. **Simon Seris** Florentinus, seu potius a Fighino, Prior (1). Religiosum Institutum professus est Arimini A. 1317 (2). Concionator fuit eximius, et in Theologicis disputationibus accerrimi ingenij (3). A Repub. Florentina fuit et ipse in Camerarium electus A. 1330 (4) novorumque Moenium structurae praepositus. Obiit Anno 1331 (5).
- (1) Ex Lib. Accepti fol. 1.  
(2) Ex Charta Professionis rog. per Iohannem Ravaldini.  
(3) Ann. to. I, pag. 242.  
(4) Ex Lib. Expens. folio 11 et ex Gianio Ann. to. I. pag. 274.  
(5) Ex Lib. Accepti fol. 11 ex quo etiam discimus, Simonem ab Ordine nostro defecisse. (\*) « Vide ibid. pag. 23 ».
- (\*) Alia manu.
- 1322 Fr. **Simon de Sanbuco** Florentinus Prior (1). Obiit mense Julio A. 1326 (2).
- (1) Ex Instrumento rog. per F. Iohannem Bonaventurae 31 Ianuarii A. 1323 et ex Lib. Exp.  
(2) Ex eodem Lib. Exp. fol. 38.
- 1323 Fr. **Petrus de Corbinellis** Prior (1): Mense Decembri huius Anni in eius locum substituitur (forte a Petro Generali qui tunc aderat Florentiae) Vicarius Prior F. Simon de Sanbuco (2): Sed Mense Ianuarii iterum reperitur Prior (3). Gessit officium Camerarij Reip. Florentinae (4) A. 1334.
- (1) Ex Lib. Exp. fol. 42.  
(2) Ex eodem Lib. fol. 56 ubi etiam dicitur F. Petrus olim Prior.  
(3) Ex eodem Lib. fol. 58.  
(4) Ex Lib. Exp. A. 1334, fol. 11.
- 1324 Fr. **Rodulphus Ugolini** de Sommaia Florentinus Prior (1).
- (1) Ex Lib. Depositorum, et ex Lib. Exp. fol. 1.
- 1325 Fr. **Paulus Guccii** Philippi iterum Prior (1).
- (1) Ex Libros Depositorum, et Exp. fol. 25.
- 1326 Fr. **Lapus Sostegni** Donati Florentinus Prior (1). Obiit A. 1337 (2).
- (1) Ex Lib. Exp. fol. 47.  
(2) Ex Lib. Exp. A. 1337, fol. 25.

1327 Fr. **Ambrosius Ser Pepi Gherardini** (1) Prior (2). Legerat Theologiam in Coenobio nostro A. 1324 (3). Gianius labitur dum hoc Anno Priorem facit F. Adimarium (4) pag. 228.

(1) Ex Charta Professionis F. Simonis eius Fratris rog. Landi Ubaldini de Pesciola 15 Aprilis A. 1316 noscimus nomen Patris et Patriae, quae fuit Florentia.

(2) Ex Lib. Exp. fol. 13 et 26.

(3) Ex Lib. Depositorum.

(4) F. Adimarius supremum diem obierat A. 1321, ut supra dictum est quoad A. 1304.

1328 Fr. **Clemens Florentinus** Prior (1). Ope B. Alexii Falconerii, aliorumque Patrum a teneris annis (2) Parisios missus ita in studiis profecit, ut Doctoratus Lauream in ea Universitate sit consecutus. Reversus Florentiam primum Etruriae Prior Provincialis A. 1326 (3): inde Venetiarum; hoc Anno patrio praeficitur Ceenobio: quod rursus ad plures Annos gubernavit. Summae severitatis fuit (4), regularisque observantiae studiosissimus, cui adversus Petrum Generalem tuendae per plures Annos, non sine maximo incommodo, valetudinisque detimento Florentia Avenionem, Avenione Florentiam saepius iter arripuit, donec exauthorato Petro Florentiae constitit, ibique A. 1343 vita functus est (5). Eius plura supersunt Opera Manuscripta, de quibus consulendi Annales, Possevinus, Dupinius, Le Long, Fabricius, aliquique.

(1) Ex Lib. Exp. fol. 29.

(2) Ex Lib. Memor. fol. viij, viij.

(3) Hoc Anno Clementem Praefecturam Etruriae obtinuisse agnoscit Gianius pag. 249: sed paulo post vocatum ad Venetae Provinciae regimen ait primam dimisisse. De Etruriae Praefectura luculentum dat testimonium Charta Professionis F. Stephani Boni rog. F. Iohannis Bonaventurae die 7 Maii huius Anni. De Veneta Liber Depositorum ad diem 26 Septembris A. 1328. Caeterum et hanc dimisisse ex citato Libro Expensarum fol. 29 constat, ubi ad 15 Octobris A. 1328 notantur expensae *factae tempore Prioratus F. Clementis de Florentia*.

(4) Ex Charta rog. per F. Franciscum Bencivennis Galgani de Florentia in Arch. num. 245.

(5) Ex Lib. Accepti fol. 112.

(\*) « Ex Diario Expens. Anni 1325 fol. 23, 26 constat F. Clementem Mense Maio huius Anni Prôlem clectum Provinciae nostrae praefuisse usque ad totum ferme Mensem Maii 1326; eique in Officio successisse F. Christophorum Florentinum (ibidem pag. 48) necnon tempore Capituli (pag. 54) Clementem Venetias migrasse. A. 1326. Revertitur Florentiam die 26 Septembris 1328 (Lib. Dep.) cum adhuc esset Prôlis Venetiarum, Senasque se confert ad Capitulum Generale. Corrigenda igitur superius dicta ex Gianio ».

(\*) Alia manu.

1329 Fr. **Paulus Guccii** Philippi tertio Prior (1).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 44.

1330 Idem (1).

1331 Idem (2).

1332 Idem (3).

1333 Idem (4).

1334 Idem (5).

(1) Ex Libr. Exp. fol. 1.

(2) Ibidem fol. 16.

(3) Ibidem fol. 37.

(4) Ex altero Exp. Libr. fol. 1.

(5) Ex Instrumento rog. per F. Iohannem Bonaventurae 15 Novembris huius Anni; et altero per eundem rog. die 21 Martii A. 1334. Indictione 3<sup>a</sup> hoc est A. 1335.

1335 Fr. **Clemens de Florentia** iterum Prior (1).

1336 Idem (2).

1337 Idem (3).

1338 Idem (4).

1339 Idem (5).

1340 Idem (6).

1341 Idem (7).

(1) Ex Lib. Accepti fol. 1.

(2, 3, 4, 5, 6, 7) Gliscientibus quotidie dissidiis inter Petrum Ordinis Generalem, et plures ex insignoribus Ordinis viris, quorum Agmen ducebant F. Clemens et F. Paulus Guccii, Clemens ipse hisce Annis retinuit quidem praefecturam Florentini Coenobii, eam tamen per Vicarios exercuit, quod ultro citroque cursitandum eidem fuerit ad communem Causam tuendam.

Hinc Anno 1336 eius vices gerit F. Thomas Vicarius, cui Aretium misso a Florentina Rep. A. 1338, ut ibi Camerarium ageret, succedit F. Paulus Guccii, qui curam etiam gerit Accepti et Expensi. Demum A. 1341 F. Dominicus Zuccheri. Coeterum ab A. 1335 ad Annum 1340 Priorem fuisse F. Clementem, quamvis altum de eo silentium repertiatur in horum Annorum Ephemeridibus colligo ex iis quac leguntur in Libro Expensarum A. 1341 ad Mensem Aprilis. Ibi enim legitur: *Dedi F. Clementi Priori pro parte suorum vestimentorum ab A. 1335 usque ad A. 1341, quia non habuerat vestimenta, pro una tunica die 28 libras 8.* Nec aliud opinatur Giani in Anno. I, pag. 277 ad A. 1339. Ab Anno vero 1341 ad Annum 1342. Priorem fuisse Clementem patet ex Expensarum Libro fol. 51, 53, 54 et ex Libro Accepti fol. 89. Dubium movere possent verba illa, quae leguntur in Exp. Libro fol. 107 ad Mensem Iunium A. 1340: *Istae sunt expensae factae per F. Franciscum de Ultrarno Procuratorem Conventus tempore, quo F. Paulus Gucci tenebat et gerebat Officium Prioris etc.* quasi hoc Anno Prior fuerit electus idem F. Paulus. Verum cum in eodem Libro legatur fol. 120 ad Annum 1341 sub die 20 Ianuarii: *dedi in piscibus et ovis, et carnibus pro F. Clemente Priore, quando venit de Curia in pluribus vicibus die 20, solidos 11 den. 6;* consequitur, F. Paulum gessisse tantum vices eo Anno F. Clementis absentis, non vero supremam Coenobii Praefecturam.

(\*) « Item in Diar. Int. Aprilis 1341 fol. 51 dicitur Prior F. Clemens. Item Mense Iulii 1341. Diar. Int. fol. 53. Item Mense Novembris. Ibid. fol. 64 ».

Quo vero tempore, absoluto ab Officio Petro Generali, Vicariorum, et Visitatorum Apostolicorum regimen incoepit, quove tempore Matthaeus a Castro Plebis institutus fuerit Generalis non satis compertum est, et exploratum. Giani in Anno I, pag. 275 electionem Vicariorum Generalium statuit ad A. 1336: Matthaei vero in Generalem ad Mensem Octobris A. 1341, pag. 281.

Neutrum autem dici posse videtur. Primo quia F. Paulus Guccii, qui unus fuit iuxta Giani ex Vicariis Apostolicis, quamvis frequentissime memoretur in Accepti et Expensi Libris ad A. 1336, 1337, 1338 etc. quin et in pluribus Instrumentorum Chartis, Provincialis quidem Prior, nullibi vero Vicarius Generalis appellatur. 2º quia Vicariorum Generalium regimen ab A. 1341 incepisse videtur. In Libris enim Expensarum haec leguntur: Ad diem 20 Xbris 1341 fol. 145. *Diedi a di 30 a Niccolò per ispese per andare in Romagna a portare le buone novelle soldi 15.* Item *diedi esso die al Priore per dare al Chorriere, che rechò le novelle un fiorino.* Folio 147 ad diem 6 Ianuarij 1342. *Diedi a Niccolò per le lettere, che portò in Romagna soldi 12.* Ad diem 13 eiusdem mensis folio 148: *Diedi a F. Giovanni da Faenza, e per lo Compagno per ispese per andare e tornare del Patremonio, e di Romagna, quando andarono a portare le Lettere a' Vicarii*

*del Papa due fiorini d'oro. Ad diem 26 Februarii folio 155: Ebbe per  
ispese Frate Giovanni da Faenza, el Compagno per andare a portare la  
Lettera del Vicariato a Frate Angnolo da Rimino in Romagna lire 3, 1,  
6. Item ebbe F. Domenico da Siena per andare a Perugia per ispese per  
se, el Compagno per portare là Lettera a F. Andreoccio da Todi del Vi-  
cariato. Ad diem 28. Per F. Domenico da Siena, el Compagno tornati da  
Perugia soldi 2: den. 8. Cum igitur ab exeunte A. 1341 et ineunte A. 1342.  
Vicariorum regimen incipiat, nescio quo nixus fundamento Gianius eosdem  
ad A. 1336 statuerit; et Generalis novi, sive Matthaei, sive alterius cuius-  
cumque electionem contigisse asserat Mense Octobris Anni 1341 quo tem-  
pore nihil de Curia novi adhuc erat allatum. Quo vero Anno Matthaeus in  
Generalem fuerit electus, fateor me non potuisse adhuc divinare. Generalis  
mentio fit in nostris Expensarum Libris dumtaxat ad Mensem Martii A.  
1345 et paulo post eodem Mense Matthaeus a Castro Plebis Generalis me-  
moratur. Paulo ante electum suadet error scriptoris, qui primum eum dixe-  
rat Philippum, quo nomine deleto postea scripsit Matthaeum: neque enim  
credi potest, scriptorem tamdiu ignorasse Generalis nomen, si ab A. 1341  
aut 1342 fuisset electus. Interim ab Anno 1342 saepius memorantur Vicarii  
Generales, quodque mirum, eorum fit mentio etiam post Martium A. 1345.  
Hinc in Libro Accepti fol. 8 ad diem 25 Novembris A. 1342 Andreas a  
Burgo S. Sepulchri Prior Coenobii Florentini *cum auctoritate et licentia F.*  
*Andreae de Tuderto Venerabilis Administratoris, quemadmodum appareat in*  
*Licteris suo sigillo roboratis pensionem domus cuiusdam concedit F. Augu-*  
*stino de Musello.* In eodem Libro fol. 90, Mense Septembris eiusdem Anni  
memoratur saepius Vicarius Ordinis. Folio 95 ad exitum Novembris rursus  
fit mentio Andreae Administratoris Ordinis. Folio 99 ad diem 3 Februarii  
A. 1343 refertur adventus F. Angeli de Arimino Vicarii Ordinis Florentiam.  
Rursus folio 158 Mense Octobris A. 1345 advenit Florentiam Vicarius Or-  
dinis. Item fol. 165 Mense Februarii A. 1343 fol. 170 refertur F. Angelus  
Vicarius Mense Maii, folio demum 205, Mense Septembri. Plausibili sane  
coniectura nodum hunc dissolvit Gianius pag. 282: non sine tamem magna  
probabilitatis specie adiungi potest Patres nostros, tyrannici regiminis Petri  
Tudertini pertaesos, novo Generali fortasse voluisse adiunctos quosdam Or-  
dinis Vicarios, quibus in Officio contineretur.*

- 1342 Fr. **Andreas Capracci**, seu **Capraccinus** a Burgo S. Se-  
pulchri Prior (1).
- 1343 Idem (2).
- 1344 Idem (3).
- 1345 Idem (4).
- 1346 Idem (5).

(1) Mense Octobris huius Anni Prior eligitur ex Lib. Accepti fol. 6.

(2) Ex eodem Lib. fol. 13. 15: et ex Instrumento rog. per F. Iacobum Michaelis de Rabatta die 12 Martii 1343 Ind. 12, id est A. 1344.

(3) Ex Lib. Accepti fol. 134.

(4) Ex eodem Lib. fol. 144.

(5) Ex eodem Lib. fol. 217 et ex Instrumento rog. per f. Andream. f. Thomae. f. Arrighi de Capalle A. 1346. Ind. 15, hoc est 1347, die 10 Aprilis.

1347 Fr. **Angelus a Castro Florentino** Prior (1).

(1) Ex Instrumento rog. per F. Petrum Berti f. Iohannis.... Granaia.

1348 Fr. **Iohannes** Prior. Obiit sub initio regiminis; et ad diem 15. Iunii. Eius vices gerit F. Iohannes Cioni seu Cionis Vicarius (1). Inde sufficitur Prior. F. Bartholus Rogerii de Adimariis (2).

(1) Ex Charta donationis rog. F. Nerli f. Donati Iunctae a Castro Florentino 15 Iuni 1348.

(2) Ex Libro Depositorum.

1349 Fr. **Iohannes Cionis** Prior (1). Iterum ad A. 1363, 1369. ut infra. Obiit A. 1376 (2).

(1) Cum ab A. 1346 ad A. 1350 deficiant Libri Accepti et Expensi nonnisi coniiciendo assequi possumus Priorem huius Anni. Ex Instrumento igitur rog. per F. Franciscum Neri de Scarperia eum noscamus die 7 Octobris A. 1350. Priorem F. Iohannem Cioni: et aliunde ex Libro Accepti eiusdem Anni 1350. Ad Mensem Decembris fol. 1 habeamus Priorem F. Amadeum Guidonis putamus regimen primi incepisse ab A. 1349, quocumque demum mense illius Anni id contigerit. Neque verum novum ut Piores auspicarentur regimem a Mense Novembris, aut etiam Decembris; id enim frequentissime in nostris Libris Legitur.

(2) Ex Lib. Exp. ad diem 27. Octobris fol. 149.

1350 Fr. **Amadeus Guidonis a Castiglionchio Florentinus** Prior (1). a Florentina repub. Pontibus praefectum fuisse A. 1357. docent Libri Accepti (2). Iterum Coenobio praefuit ad A. 1366. ut infra.

1351 Idem (3).

(1) Ex Lib. Accepti fol. 1.

(2) Ex Lib. Accepti illius Anni fol. 73.

(3) Ex Lib. Exp. fol. 10 et 16, et Ex Instrumento Professionis F. Laurentii Iohannis 21 Februarii 1352. rog. per f. Robertum Talenti Berti.

1352 Fr. **Alexander Mei** Prior (1). Reipub. Florentinae Camerarium egit A. 1347 (2). Moritur A. 1354 (3).

(1) Ex Libr. Exp. fol. 28. 39.

(2) Ex Lib. Accepti fol. 67.

(3) Ex iisdem Libris.

1353 Fr. **Grimaldus Cennis** de Florentia Prior (1) a Repub. Florentina constitutus iam fuerat Camerarius super Moenium structuram (2). Anno vero 1339. unus fuit ex iis, qui contra Petrum Ordinis Generalem steterunt (3). Provinciam Tusciae regebat A. 1348 (4). Obiit A. 1355 (5).

(1) Ex Lib. Accepti fol. 37. (\*) « Expensi fol. 45 ».

(2) Gianius to. I. pag. 274.

(3) Idem pag. 277.

(4) Ex Lib. Depositorum ad diem 30 Decembris. Annus 1348, primus fuit eius regiminis: In Libro enim Exp. A. 1351. folio 4. Adhuc reperitur Provincialis eodemque Anno successorem habuit F. Henricum de Senis.

(5) Ex Libr. Exp. huius Anni fol. 45 ad Mensem Ianuari. In quadam Charta dicitur F. Grimaldus Cennis.

(\*) Alia manu.

1354 Fr. **Abrahaaminus** de Pisis Prior (1).

1355 Idem (2).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 54. 60.

(2) Ex Lib. Exp. fol. 83.

1356 Fr. **Bartholus Rogerii** de Adimariis (1) Prior (2). Eius opera saepe usa est Florentina Respublica; Legitur enim Procurator Arcis Aretinae A. 1339 (3). Anno vero 1353 Camerarius Reipub: saepius vero F. Vitalis Ordinis Generalis ad A. 1355 (4) quo in munere resignatam sibi Ecclesiam S. Bartholomaei de Montepolitano pro Ordine recepit: Iterum Vicarius Generalis constitutus. A. 1357, a Vitali in Pannoniam profecturum: (5). Tertio ab eodem properante in Aegyptum A. 1359. (6). Obiit A. 1364. (7).

1357 Idem (8).

(1) Bartholom ex Adimaria familia prognatum docuit Gianius to. I. Ann. pag. 305.

(2) Ex Lib. Exp. fol. 85, ex quo deceptum agnosco Gianum qui loco citato Priorem dixit A. 1355.

(3) Gianius pag. 274, et Liber Accepti A. 1353 fol. 29.

(4) Tom. I. pag. 305.

(5) Ibid. pag. 306.

(6) Ib. pag. 309. 312.

(7) Ex Lib. Exp. illius A. fol. 4.

(8) Ex Lib. Accepti fol. 77.

Coeterum maximam Vitalis propensionem in Bartholom nescio quomodo concilium cum ea Comparitione, cuius meminit Gianius in notis ad cap. 12, pag. 313, quaeque asservatur in Archivio nostro num.<sup>o</sup> 284. In eo siquidem ipse F. Bartholus Annuciatae Prior una cum 30 et amplius Fratribus Vitalem coram Pontifice Innocentio VI. veluti gravissimorum criminum reum traducit.

1358 Deficientibus Accepti et Expensi Libris ad A. usque 1366. ignoramus Priorem huius Anni. F. Bartholus Rogerii reperitur equidem Prior usque ad mensem Settembris. At eodem Mense videtur eius regimen defecisse.

1360 Fr. **Lucas Taldi** Florentinus Prior (1).

(1) Ex Libro Depositorum die 11 Aprilis, quo Mense videtur electum fuisse Prior.

\*

1362 Fr. **Philippus Dini** Florentinus Prior (1).

(1) Ex Testamento Equitis Pini filii Equitis Francisci, Equitis Betti de Brunelleschis rog. f. Nicolai, f. Ciuti, Francisci a Castro Florentino 31 Octobris: Ex adiunctis enim quibusdam Chartis Prior appareat F. Philippus Dini die 15 Novembris.

1363 Fr. **Iohannes Cioni** iterum Prior (1).

(1) Ex Testamento Pauli Rinuccii rog. f. Thomae Lamberti die 29 Junii.

1366 Fr. **Amideus Guidonis** iterum Prior (1).

1367 Idem (2).

(1) Ex Libro Accepti fol. 8, et ex Charta Professionis Fratrum Hieronymi Petri, Francisci Petri, Stephani Lapi rog. Lucae Bamboccii 27 Iunii.

(2) Ex eodem Libro fol. 12., et ex Charta Professionis Fratrum Galeotti Domini Baratti de Parma, Philippi Bonincasae de Florentia, Bartholomaei Ricchi de Florentia, et Iohannis Iacobi de Ragiolo rog. eiusdem Lucae 2 Aprilis.

1368 Fr. **Antonius Mannuccii** Iunctae (1), iam ab A. 1366 Magister in S. Theologia (2), hoc Anno Prior eligitur (3). Ad Supremam Ordinis Praefecturam a Gregorio XI evectus, A. 1371. triennio eamdem exercuit. De eius Laudibus consulendus Gianius tomo 1.<sup>o</sup> Ann. pagg. 327. 329. 331. 335. 347. Obiit Anno 1385. (4).

(1) Existimavit Gianius Antonium natum ex nobili Mannucciorum gente. At in Instrumento rog. per f. Bettinum Cini a Rabatta A. 1349. dicitur filius Mannuccii Iunctae, *qui faciebat limas in populo S. Reparatae, et Bartholae eius uxoris.*

(2) Ex Libro Expens. in quo leguntur erogati floreni aurei 50 pro eius Magisterio.

(3) Ex Libris Accepti fol. 13, et Exp. fol. 2.

(4) Gianius pag. 347.

1369 Fr. **Iohannes Cioni** tertio Prior (1).

(1) Ex Libris Accepti fol. 15, et Exp. fol. 36, et 42. Item ex Instrumento rog. per f. Lucam Bamboccii 5 Decembris 1369.

Fallitur itaque Gianius, dum pag. 347, ait, Antonium Mannuccii Coenobium Florentiae integro biennio ab A. 1368 administrasse.

1370 Fr. **Petrus de Aretio** Prior (1). Fuerat is ab A. 1363 constitutus Visitator et Reformator Ordinis (2), quo tempore forte Provinciam Tusciae regebat (3). Iterum ad illius regimen assumptus est A. 1375 (4).

(1) Ex Libro Accepti fol. 15.

(2) Ann. to. I. pag. 315.

(3) Ex Charta quadam Professionis mutila rog. per f. Lucam Bamboccii A. 1365.

(4) Ex Lib. Exp. fol. 144.

- 1371 Fr. **Nicolaus Bettini** Florentinus Prior (1). Iterum A. 1383. et 1400. Obiit A. 1409. Mense X.bri (2). Fuerat Reip. Florentinae Camerarius A. 1405 (3).
- (1) Ex Lib. Exp. fol. 51: et ex Instrumentis rog. per f. Lucam Bambocci 14 Iunii, et 4 Septembris huius Anni.
- (2) Ex Lib. Exp. fol. 131.
- (3) Ex Lib. Accepti fol. 25.
- 1372 Fr. **Marcus a Burgo** S. Sepulchri Prior (1).
- 1373 Idem (2).
- (1) Ex Lib. Exp. fol. 71.
- (2) Ex eodem Lib. fol. 91.
- 1374 Fr. **Iacobus Pieri** seu **Petri** Florentinus Prior (1). Anno 1379 Provinciae Tusciae fuit Praefectus; iterumque Coenobium rexit A. 1382 (2). Obiit A. 1383 Mense Octobris (3).
- 1375 Idem (4).
- (1) Ex Lib. Exp. fol. 97.
- (2) Ex Lib. Accepti fol. 16.
- (3) Ex Lib. Accepti fol. 46.
- (4) Ex Lib. Expens. fol. 130. 134. 138.
- 1376 Fr. **Bartholomaeus** de Aretio Prior (1).
- (1) Ex Lib. Exp. fol. 144. 147. Membrana 319, dicitur Bartholomaeus Neapolenti, et Nepolentii. Vide membr. 324, ubi Legitur Neapoluccij.
- 1377 Fr. **Paulus Guiduccini** Florentinus Prior (1); iterumque Anno 1397. Fuit unus ex Camerariis Florentinae Reipub. (2) Obiit A. 1399 (3). die 24 Augusti.
- (1) Ex Lib. Exp. fol. 163.
- (2) Ex Lib. Accepti fol. 64.
- (3) Ex Lib. Exp. fol. 77.
- 1378 Fr. **Iohannes Iacopi**, seu potius **Iacobi** Florentinus Prior (1).
- (1) Ex Lib. Exp. fol. 179.
- 1379 Fr. **Gregorius Iacobi**, Florentinus Prior (1) iterumque Annis 1385, et 1388. Provinciam Tusciae administravit A. 1386 (2). Fuit S. Theologiae Magister, cumque diem extremum obiisset A. 1397 (3) maxima funeris pompa elatus est (4).
- (1) Ex Lib. Exp. fol 24.

- (2) Ex Lib. Exp. fol. 27.
- (3) Ex Lib. Exp. fol. 29.
- (4) Ibid. fol. 32.

1380 Fr. **Andreas Iohannis** Florentinus Prior hoc Anno (1), iterumque Annis 1387, 1390, 1395. Camerarius fuit Reip. Florentinae A. 1378 (2), et 1392 (3), Obiit A. 1415 (4).

- (1) Ex Lib. Exp. fol. 33.
- (2) Ex Lib. Accepti fol. 88.
- (3) Ex Lib. Exp. fol. 81.
- (4) Ex Lib. Exp. fol. 16.

1381 Fr. **Bartholomaeus Lapini** Florentinus Prior hoc Anno (1); iterumque A. 1398, et 1406. Camerarius fuit Reip. A. 1390 (2). Obiit A. 1406 (3).

- (1) Ex Lib. Exp. fol. 51.
- (2) Ex Lib. Exp. illius Anni fol. 67.
- (3) Ex Lib. Accepti fol. 32.

1382 Fr. **Iacobus Pieri** vel potius **Petri** Florentinus iterum Prior (1).

- (1) Ex Lib. Exp. fol. 66.

1383 Fr. **Nicolaus Bettini** iterum Prior (1).

1384 Idem (2).

- (1) Ex Lib. Exp. fol. 84.
- (2) Ex Lib. Exp. fol. 28.

1385 Fr. **Gregorius Iacobi** iterum Prior.

1386 Fr. **Iohannes Georgii seu de Georgiis** Florentinus, S. Theologiae Magister, et Tusciae Provincialis ab A. 1399, ad A. 1372 (1), hoc anno Prior (2). Florentini Coenobii Academiam ab obitu Miri Antonii Mannuccii diu rexit (3). Obiit A. 1391, die 6 Maii (4).

- (1) Ex Lib. Exp. fol. 28.
- (2) Ex Lib. Exp. fol. 4.
- (3) Tom. I. Ann. pag. 347.
- (4) Ex Lib. Exp. fol. 69.

1387 Fr. **Andreas Iohannis** iterum Prior (1).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 14. 15. et ex Lib. Accepti fol. 9.

1388 Fr. **Gregorius Iacobi** tertio Prior (1).

1389 Idem (2).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 31.

(2) Ibidem fol. 48. 55.

1390 Fr. **Andreas Iohannis** tertio Prior (1).

1391 Idem (2).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 60.

(2) Ibidem fol. 78.

1392 Fr. **Antoninus Guascus** Alexandrinus, S. Theologiae Magister, primum Vicarius Generalis, et Conventus (1) inde Prior Mense Octobris huius Anni (2). Eodem Anno 1392 Provinciam Tusciae regebat ex Gianio (3). Anno 1410 totius Ordinis Vicarius Generalis post Antonium Alabantum Seniorem ab Alessandro V. fuit constitutus (4).

(1) Ita vocatur in Lib. Exp. fol. 83. 84. 85.

(2) Ibid. folio 89. 90.

(3) Ann. to. I, pag. 353, et ex Membr. 333.

(4) Ibid. pag. 378.

1393 Fr. **Iohannes Iohannis** Florentinus Prior (1), iterumque A. 1401. 1411. 1416. Obiit A. 1421. Mense Februarii (2).

1394 Idem (3).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 104.

(2) Ex Lib. Exp. fol. 146.

(3) Ex Lib. Exp. fol. 113.

1395 Fr. **Andreas Iohannis** tertio Prior (1).

1396 Idem (2).

(1) Ex Libr. Accepti fol. 5.

(2) Ex Lib. Exp. fol. 15.

1397 Fr. **Paulus Guiduccini** iterum Prior (1).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 29, 31.

1398 Fr. **Bartholomaeus Lapini** iterum Prior (1).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 49.

1399 Fr. **Angelus Iacobi Florentinus** Prior (1). Camerarius Reip. fuit A. 1408 (2). Obiit A. 1414 (3).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 79.

(2) Ex Lib. Accepti fol. 51.

(3) Ex Lib. Accepti fol. 21.

1400 Fr. **Antonius Iohannis Fini** Florentinus, S. Theologiae Magister, ad initium Mensis Iunii reperitur Prior (1). Obiit die 7 Augusti eiusdem Anni (2): illique succedit Fr. Nicolaus Bettini (3).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 94.

(2) Ibidem fol. 99. Cuius mortem Gianius ad Annum 1401 retulit Ann. to, I, pag. 366. At ex citato Libro ad A. 1400 certe est referenda.

(3) Ex Lib. Exp. fol. 105.

1401 Fr. **Iohannes Iohannis** iterum Prior (1). Mense Februarii subsequentis Anni 1402 (2) Habita fuere Florentiae Generalia Ordinis nostri Comitia, in quibus Magister Antonius de Bononia in Summum Ordinis Praefectum est electus (\*); *ipseque Iohannes Iohannis in Socium eiusdem Generalis.*

(1) Ex Lib. Exp. fol. 116.

(2) Gianius Ann. to. I, pag. 366 Comitia haec affixit Anno 1401. Nisi tamen Annum acceperit veteri Florentinorum more, error est. Ex Libro enim Exp. evidenitssime constat folio 180. Comitia illa habita fuisse A. 1402.

(\*) Haec verba postea correpta sunt per alia sequentia, « Socius Generalis fuit Andreas Iohannis ». Diar. Exp. pag. 4.<sup>to</sup>

1402 Fr. **Andreas Bartholi de Forte** Florentinus, Iohanne in Socium Generalis electo, Prior succedit (1): iterumque A. 1412 Coenobio praeficitur. Obiit A. 1418 Mense Februarii (2).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 1.

(2) Ex Lib. Exp. fol. 95.

1403 Fr. **Antonius Iohannis** Florentinus Prior (1): iterumque A. 1405.

(1) Ex Lib. Exp. fol. 19, 23.

1404 Fr. **Petrus Silvestri** Florentinus, Baccalaureus Formatus, studiique Regens hoc Anno Prior (1): iterumque A. 1414. Anno 1385 adnumeratur Novitiis (2): atque Anno 1405 Sacrae Theologiae Magister declaratur (3). De hoc viro consultantur Annales pag. 400. Obiit die 22 Iulii A. 1434 (4).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 35, 36.

(2) Ex iisdem Libr. fol. 116.

(3) Ex iisdem Libr. fol. 50.

(4) Ex Lib. Accepti fol. 9.

1405 Fr. **Antonius Iohannis** iterum Prior (1).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 54 ubi dicitur Cancellarius, et alibi saepius.

1406 Fr. **Bartholomaeus Lapini** tertio Prior (1). Obiit hoc Anno (2): atque Mense Novembris in eius locum succedit F. Andreas Iohannis (3).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 83.

(2) Ex Lib. Accepti fol. 32.

(3) Ex Lib. Exp. fol.....

1407 Fr. **Matthaeus Petri** Florentinus, S. Theologiae Magister, aliusque a F. Matthaeo de Ughis (1), Prior (2) Studiique Regens.

(1) Hoc Anno saepius in Expensarum Libris occurrit mentio Matthaei de Ughis, tanquam personae a Mattheo Priore distinctae.

(2) Ex Lib. Exp. fol. 93.

1408 Fr. **Dominicus Bartholi** Prior (1). Fuit Reip. Florentinae Camerarius A. 1413.

(1) Ex Lib. Ex. fol. 109, 120.

1409 Fr. **Marcus Gherardi** Florentinus Prior hoc Anno (1): iterumque A. 1418, 1425, 1432, 1435. Fuit A. 1414 Reip.

Florentinae Camerarius (2), et ab A. 1419 ad 1422 Tusciae Provincialis (3). Obiit A. 1441 (4).

1410 Idem (5).

- (1) Ex Lib. Exp. fol. 123.
- (2) Ex Lib. Accepti fol. 25.
- (3) Ex Lib. Exp. fol. 19.
- (4) Ex Lib. Accepti fol. 46.
- (5) Ex Lib. Exp. fol. 140, 152.

1411 Fr. **Iohannes Iohannis** tertio Prior (1). Putat Gianius Ann. tom. I, pag. 382, hunc a Vectigalium Exactoribus in carcerem coniectum, quod solvendo par non fuisse: Verum id non Iohanni, sed eius successori contigit (2), nempe Fr. Andreae Bartholi.

- (1) Ex Lib. Exp. fol. 4.
- (2) Ex Lib. Exp. A. 1412, fol. 18.

1412 Fr. **Andreas Bartholi de Forte** secundo Prior (1). A. 1411 Camerarius fuerat Reip. Florentinae (2).

1413 Idem (3).

- (1) Ex Lib. Exp. fol. 30.
- (2) Ex Lib. Accepti fol. 5.
- (3) Ex Lib. Exp. fol. 35.

1414 Fr. **Petrus Silvestri S. Theologiae Magister** iterum Prior (1).

1415 Idem (2).

- (1) Ex Lib. Exp. fol. 36, 66.
- (2) Ex Lib. Exp. fol. 53.

1416 Fr. **Iohannes Iohannis** quartum Prior (1).

1417 Idem (2).

- (1) Ex Lib. Exp. fol. 76.
- (2) Ibid. fol. 87.

1418 Fr. **Marcus Gherardi** iterum Prior (1).

- (1) Ex Lib. Exp. fol. 166.

1419 Fr. **Michael Alexandri Puccii** Florentinus, Baccalaureus Formatus Prior (1): iterumque A. 1424 Camerarium Reip.

- Florentinae egerat A. 1411 (2). Atque A. 1425 Tusciae Provinciam gubernavit (3). Obiit Iunio Mense A. 1441 (4).
- 1420 Idem (5) qui hoc Anno dicitur S. Theologiae Magister.
- (1) Ex Lib. Exp. fol. 122.  
(2) Ex Lib. Accepti fol. 5.  
(3) Ex Lib. Exp. fol. 25.  
(4) Ex Lib. Accepti fol. 46 et Ann. to. I, pag. 449.  
(5) Ex Lib. Exp. fol. 133 et 149.
- 1421 Fr. **Sebastianus Ambrosii** Florentinus Prior (1): iterumque A. 1430. Camerarius fuit Reip. Anno 1408.
- (1) Ex Lib. Exp. fol. 156.
- 1422 Fr. **Iacobus Iohannis Rubei** Florentinus Prior (1): iterumque A. 1440.
- 1423 Idem (2).
- (1) Ex Lib. Exp. fol. 172.  
(2) Ex Lib. Exp. huius Anni fol. 1.
- 1424 Fr. **Michael Alexandri Puccii** iterum Prior (1).
- (1) Ex Lib. Exp. fol. 18 et ex Libro Accepti fol. 12.
- 1425 Fr. **Marcus Gherardi** tertio Prior (1).   
(1) Ex Lib. Exp. fol. 25.
- 1426 Fr. **Deodatus Laurentii** Florentinus Baccalaureus Formatus Prior (1). Provinciae Tusciae Praefecturam gessisse ait Gianius (2) 1436; eoque in munere adversatum reformationi nostrorum Observantium. Verum ex nostris monumentis (3) videtur colligi, eius regimen incoepisse A. dumtaxat 1437. Coenobium Florentinum iterum gubernavit A. 1433. Obiit A. 1467 (4).
- 1427 Idem (5).
- (1) Ex Lib. Exp. fol. 46, 53. Deodatus Laurentii Philippi Mengozzi Membr. 376.  
(2) Ann. tomo I, pag. 438.  
(3) Ex Lib. Accepti fol. 36, 40, 42.  
(4) Ex Lib. Expens. fol. 64.  
(5) Ex Lib. Memor. A. fol. 108.

- 1428 Fr. **Hieronymus Antonii** Florentinus Baccalaureus Formatus Prior (1).
- 1429 Idem (2), qui hoc Anno dicitur primo Licentiatus, postea S. Theologiae Magister.
- (1) Ex Lib. Exp. fol. 82.  
(2) Ibid. fol. 96.
- 1430 Fr. **Sebastianus Ambrosii** iterum Prior (1).
- (1) Ex Lib. Exp. fol. 102.
- 1431 Fr. **Simon Gregorii** Florentinus S. Theologiae Magister, postquam Provinciam Tusciae administrasset ab A. 1428 (1), ad hunc Annum, Prior (2).
- (1) Ex Lib. Exp. fol. 82.  
(2) Ex Lib. Exp. A. 1434 fol. 15.
- 1432 Fr. **Marcus Gherardi** quartum Prior (1).
- (1) Ex Lib. Exp. A. 1434 fol. 16.
- 1433 Fr. **Deodatus Laurentii** iterum Prior (1).
- 1434 Idem (2).
- (1) Ex Lib. Accepti fol. 2.  
(2) Ex eodem Lib. fol. 7.
- 1435 Fr. **Marcus Gherardi** quintum Prior (1).
- 1436 Idem. (2).
- (1) Ex Lib. Accepti fol. 14.  
(2) Ex Lib. Exp. fol. 39. 42.
- 1437 Fr. **Rodulphus Nicolai** Florentinus Prior (1).
- 1438 Idem. (2).
- (1) Ex Lib. Memorabilium A. fol. 17.  
(2) Ex Instrumento rog. per. f. Nicolaum Diedi Nicolai num. 379.
- 1439 Fr. **Marianus Salvini** Florentinus Baccalaureus Formatus Prior (1), iterumque A. 1447. 1452. Plura de hoc celeberrimo Viro, Episcopo postea Cortonensi, habent nostri

Annales. Illud adiunxisse sufficiat, nonnisi A. 1454 Marianum S. Theologiae Lauream fuisse consecutum.

(1) Ex Lib. Accepti fol. 38.

1440 Fr. **Iacobus Iohannis Rubei** iterum Prior (1). Cum Eugenius IV. ad Florentinum Coenobium reformandum Patres Congregationis evocasset (2); atque Iacobus Prior recusasset novae Observantiae se adiungere, amotus est ab Officio, et a Coenobio die 12 Augusti A. 1441 (3).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 91.

(2) Vide Ann. to. I. pag. 449.

(3) Ibid. pag. 450.

1441 Fr. **Antonius Iacobi** de Bitecto, saepius in Annalibus memoratus, ex Observantium familia Prior (1), iterumque A. 1443.

(1) Ex Ann. to. I. pag. 450.

*In sequentibus Piores dumtaxat indicabimus. Si quis plura de iis nosse desiderat, consulat Memorabilem Libros in quibus praeclariora eorumdem gesta reperiet.*

1442 Fr. **Bartholomaeus Bonitii** Florentinus Prior ex Observantibus (1).

(1) Ex Lib. Accepti fol. 7.

1443 Fr. **Antonius Iacobi** de Bitecto ex Observantibus iterum Prior, simulque Congregationis Vicarius (1).

(1) Ex Charta Professionis F. Raphaelis Iohannis de Silesia rog. f. Bartholomaei Banti 3 Martii 1444.

1444 Fr. **Joseph** de Brixia ex Observantibus Prior (1).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 130. 147.

1445 Fr. **Nicolaus Sandrini** de Brixia ex Observantibus Prior (1).

(1) Ex Lib. Accepti fol. 49.

1446 Fr. **Leonardus Bartholomaei Florentinus ex Observantibus**  
Prior (1), iterumque A. 1462. Obiit 9 Sept. 1465 (2).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 84.

(2) Ex Lib. Memor. A. fol. 105.

1447 Fr. Iosephum de Brixia successorem Leonardi statuit Giani  
nius (1): atque huic adiectum fuisse refert a Nicolao Ge  
nerali nostri Ordinis sub die 5 Maii, ut à Coenobio Flo  
rentino cum suis sociis, et Fratribus exteris, quamcito  
recedere deberet. Quin et ad Mensem Martii adhuc in  
vivis agente Eugenio IV, mandatum fuisse ab eodem  
Generali per publicum Tabellarium Florentiae, ne Pa  
tres Senarii admittant Patres Reformationis ad nova ce  
lebranda Comitia, donec ipse Generalis Florentiam re  
vertatur ab Urbe, ut praedictis Comitiis praesens possit  
interesse (2). Undenam Giani hanc errorum congeriem  
hauserit, vix possum divinare. Iuverit rem exponere ex  
nostris monumentis. Die 8 Aprilis Literae Citatoriae Ca  
pituli mittuntur in Longobardiam (3); dieque 24 eiusdem  
Mensis comparantur cibi adventuris ad Capitulum (4).  
Die 25 Prior Generalis Florentiam venit Bononia, non  
vero Roma (5). Ibique reperitur p.<sup>a</sup> (6) et 5.<sup>a</sup> die Maii (7):  
eademque die rog. f. Iohannis Francisci Nerii Cecchi se  
quens praeceptum intimari mandat (8).

« In Christi nomine. Amen. Anno ab eius salutiferae  
Incarnationis 1447. Indictione X.<sup>a</sup> die 5 Mensis Maii Pon  
tificatus Sanctissimi Domini Nicholai Divina Providentia  
Papae quinti. Anno primo.

Cunctis praesens Instrumentum inspecturis pateat  
evidenter.

Qualiter Reverendissimus in X.<sup>sto</sup> Pater Magister Ni  
cholaus de Perusio Fratrum Servorum Sanctae Mariae  
existens, ut dixit, personaliter in Conventu Florentiae  
dicti Ordinis, ut secundum formam Constitutionum sua  
rum Fratres Capituli, et Conventus praefati visitaret, et

emendaret, et in melius dictum Conventum reformaret, et insuper ut Capitulum Fratrum Congregationis Observantiae dicti Ordinis secundum morem teneret, et iam dicto Capitulo incoepio videns manifestam rebellionem Fratris Cipriani Bonizi de Florentia asserti Vicarii dictae Congregationis, et multorum aliorum nolentium, ut tenentur, suis renuntiare Officiis, ac debitam sibi obedientiam exhibere, et magis attendens eorum duritiam, et rebellionem suorum praceptorum, contra ipsius Ordinis Constitutiones et privilegia Apostolica, praesentibus dicto Fratre Cipriano, ut ait, asserto Vicario, et quasi omnibus aliis Officialibus dictae Congregationis propter hoc specialiter congregatis, viva voce, et omni reverentia, et observatione Bullarum Apostolicarum eisdem Fratribus dictae Congregationis concessarum, quas Bullas, seu gratias in omnibus, et per omnia observare intendit, et vult, nec aliqualiter contrafacere, et sic prius et ante omnia protestatus fuit, et protestatur.

Mandavit, et praecepit expresse sub poena rebellionis, et inobedientiae, et privationis omnium Officiorum et dignitatum suarum ipsi praefato asserto Vicario, et aliis omnibus Definitoribus Capituli, Prioribus, et Discretis praeftatae Congregationis, quatenus usque ad redditum suum a Visitatione SS.<sup>mi</sup> D.<sup>ni</sup> nostri Papae, non audeant, nec praesumingant dictum Capitulum celebrare, quia in dicto Capitulo intendit, et vult interesse, et errores secundum Deum et ipsius Ordinis statuta emendare, et hoc praecepue attentis multis querelis eidem Domino Rev.<sup>mo</sup> P. Generali factis, et etiam attento, quod cum sibi debitam denegent obedientiam intendit consulere Sedem Apostolicam super iis, et eius stare iudicio, et praceptis, et si interim quoquo modo ipsum Capitulum facere praesumerent in ipsarum praeiudicium Animarum, ex nunc prout ex tunc totum irritum et inane fore iudicavit, et declaravit in his scriptis, quidquid per ipsum assertum Vicarium, et Fra-

tres sibi complices, actum, gestum, ordinatum, seu determinatum fuerit; mandavitque expresse dicto Fratri Cipriano, quatenus dictum Vicariatus officium ab hinc in antea non administrare nec exercere praesumat, ipsumque Fratrem Ciprianum ab ipso Vicariatus officio tamquam rebellem sibi et Constitutionibus Ordinis suspendendo, irritans, et annullans ex nunc omnia, quae per ipsum fuerint attentata, facta, vel gesta quomodolibet.

Et ne ipse Conventus Florentinus Annuciatae Beatae interī aliquam iacturam vel detrimentum patiatur, aut bona ipsius Conventus distrahantur, sicut hactenus factum fuisse per dictos Fratres dictae Congregationis, apud præfatum Dominum Generalem multis querelis relatū est, omni modo, via, et forma, quibus magis ac melius potuit commisit vices suas, quia præsentialiter adesse non potest, Venerabili religioso Fratri Mariano de Florentia dicti Ordinis, et Congregationis, quatenus bona et introitus dicti Conventus custodiat, manuteneat, et nisi in rebus necessariis ipsa bona expendere permittat.

Insuper videns venerabilem religiosum F. Leonardum de Florentia dicti Conventus Priorem paratum fuisse, ut tenebatur de iure, suo renuntiare Officio Prioratus, et per omnia velle obedire R.<sup>mo</sup> P. Generali præfato, quia nihil contra Bullas ipsum P. Generalem vedit agere, vel atten-tare, ipsum F. Leonardum in dicto Prioratus Officio, usquequo aliud ordinatum per ipsum P. Generalem, vel Summum Pontificem fuerit, confirmavit, et ut sibi tamquam vero Priori obedientia præcepit et mandavit sub poena inobedientiae et rebellionis, et aliis poenis suo arbitrio reservatis. Mandavitque ex nunc Procuratori Conventus præfati, et aliis Officialibus, quatenus ipsi Priori obedient, nec praesumant ultro suum velle, et obedientiam aliquid expendere vel disponere; deditque licentiam Priori præfato, et dicto F. Mariano in his omnibus, si opus fuerit, invocare auxilium brachii Spiritualis, vel Sae-

cularis, quos Dominos Praelatos, seu Laycos Magnificae Civitatis Florentinae ob devotionem beatissimae Mariae Virginis rogat, et intuitu ordinis, ac pro conservatione bonorum dicti Conventus precatur, quatenus velint dictis Fr. Leonardo Priori, et Fratri Mariano auxilium praestare, et favorem si opus fuerit, semper tamen in omnibus et per omnia servatis Bullis, et ordinationibus Apostolicis dicti Ordinis, et dictae Congregationis ad quas Bullas Apostolicas semper se refert, et quas inviolabiliter observare intendit, et praecipit ab omnibus sibi subditis observari, adimpleri et executionem mitti.

Acta fuerunt omnia et singula suprascripta per supradictum R.mum in X.<sup>sto</sup> Patrem Magistrum Nicholaum de Perusio Priorem Generalem dicti Ordinis praesentibus dicto Cipriano Bonizi de Florentia, et F. Bartholomaeo de Monte, et aliis definitoribus, Prioribus, et Fratribus dicti Capituli collegialiter congregatis, et praedictis omnibus, et singulis factis, gestis, dictis et narratis per dictum D.num Generalem, contradictibus dicto F. Cipriano et F. Bartholomaeo, e se obponentibus, et dicentibus dictum Generalem non habere potestatem constituendi, eligendi, vel creandi Vicarium Priorem, vel alias officiales dicti Capituli, et maxime dictae Ecclesiae S. Mariae Servorum de Florentia, nec ipsorum officii interdictionem, destitutionem vel cassationem, sed praedictorum creationem, et ordinationem expectare, et pertinere ex forma privilegiorum, et Bullarum Apostolicarum concessarum dictae Ecclesiae maiori parti omnium Priorum, et Fratrum Capituli Generalis, et propterea omnia dicta, narrata, comminata, gesta et facta in praedictis et circa praedicta per dictum Generalem fuisse et esse nulla et nulliter gesta, et nullius efficacia vel momenti, et propterea de nullitate dictarum ordinationum, electionum, et deputationum dictorum assertorum Officialium protestati fuerunt ipso Domino Generali praesenti, et intelligenti, et quod

solum ipse D.nus Generalis habet potestatem ipsos visitandi, et Vicarium per ipsos Priores, vel Fratres, vel maiorem partem ipsorum electum confirmandi, et ideo quidquid ulterius gessit, fuit et est ipso iure nullum, deque nullitate, et poenarum incursione protestantur, et reservato nihilominus ipsi Cipriano beneficium appellandi ad Summum Pontificem de praedictis per eum gestis, et factis, de quibus supra. Et praesentibus etiam ad omnia et singula suprascripta Iacobo olim Iohannis de Villanis, et Bencivenni Xtofori Benivieni, et Filippo Stoldi de Rineriis honorabilibus operariis dictae Ecclesiae S. Mariae Servorum. Et praesentibus testibus Orlando Guccii de Medicis, Benintendi Antonii Pucci, et Nicholao Nerii de Macignis expectabilibus Civibus, et mercatoribus Florentinis ad suprascripta omnia et singula habitis et rogatis.

Ego Iohannes Francisci Nerii Cecchi Civis et Notarius Florentinus Imperiali auctoritate Iudex ordinarius, publicusque Notarius praedictis omnibus, et singulis dum sic agerentur interfui, eaque rogatus scribere, scripsi, et publicavi, ideoque ad praedictorum fidem me subscripsi, et solitum meum signum apposui ».

Die 8 Maii (9). Definitores Capituli duos ex Fratribus Romam mittunt, eademque die adhuc Prioratum gerit F. Leonardus (10). Die 9 mittuntur Romam epistolae Priorum Reip. Florentinae ad Pontificem (11). Die 13 Minister Reip. Flor. (Mazziere) venit ad Coenobium, ibique remanet in defensionem Coenobii (12). Die 24 F. Antonius dictus Presbyter Romam ad Generalem proficiuntur (13). Die 26 mittuntur Romam citato cursu Epistolae Capitanorum Partis Guelphae ad Pontificem, et Octo virorum ad Legatum Florentinorum (14). Die 14 Iunii Roma redit Nicolaus Generalis. (15). Die 26 eiusdem Mensis mittuntur, qui Fratres e Longobardia, et aliis regionibus Florentiam adducant (16). Die 30 Minister Reip. Flor. (Mazziere) rursus ad Coenobium venit in defensionem Generalis, et PP. Flo-

rentinorum contra Fratres Brixenses, Cremonenses, Vincentinos, et Montis Senarii (17), qui hac die tandem vindicentur pulsi. Die p.<sup>a</sup> Iulii novus Prior F. Marianus Salvini regimen auspicatur (18). Conferantur haec omnia cum narratione Gianii, et quantum a veritate aberraverit satis constabit. Coeterum cum nullibi memoratum repererim F. Iosephum de Brixia veluti Priorem, censeo ab hoc catalogo expungendum. Etsi enim supponatur electus a PP. Observantiae (quod fortasse evenire potuit) nunquam certe Officii sui possessionem accepit.

- (1) Ann. tomo I, pag. 474.
- (2) Ibid. pag. 473.
- (3) In Lib. Ex. fol. 101.
- (4) Ibid. fol. 102.
- (5) Ibid. fol. 103.
- (6) Ibid.
- (7) Ibid.
- (8) In Archiv. Conv. Flor. num. 390.
- (9) In Lib. Exp. fol. 104.
- (10) Ibid.
- (11) Ibid.
- (12) Ibid.
- (13) Ibid. fol. 105.
- (14) Ibid.
- (15) Ibid. fol. 107.
- (16) Ibid.
- (17) Ibid.
- (18) Ibid. fol. 108.

1447 Fr. **Marianus Salvini** iterum Prior (1).

1448 Idem (2).

- (1) Ex Lib. Exp. fol. 108.
- (2) Ex eodem Lib. fol. 144.

1449 Fr. **Christophorus Torniellus** Iustinopolitanus Prior (1).

- (1) Ex Lib. Exp. fol. 167, 174.

1450 Fr. **Iohannes Baptista** a Montepolitano, S. T. Magister, Prior (1): iterumque Anno 1454.

1451 Idem (2).

- (1) Ex Lib. Exp. fol. 213.
- (2) Ex Lib. Accepti fol. 1.

1452 Fr. **Marianus Salvini** tertium Prior (1), simulque Vicarius Generalis.

1453 Idem (2).

- (1) Ex Lib. Accepti fol. 19.
- (2) Ex eodem Lib. fol. 37.

1454 Fr. **Iohannes Baptista** a Montepolitano iterum Prior (1).

1455 Idem (2).

- (1) Ex Lib. Accepti fol. 53.
- (2) Ex eod. Lib. fol. 66.

1456 Fr. **Marianus Michaelis de Sitiis** Florentinus Baccalaureus Prior (1).

1457 Idem (2). Obiit A. 1467 (3).

- (1) Ex Lib. Exp. fol. 289 et Accepti fol. 1.
- (2) Ex Lib. Accepti fol. 16.
- (3) Ex Lib. Memor. A, fol. 107.

1458 Fr. **Bartholomaeus Marci** de Montepolitano, S. T. Magister, Prior (1); iterumque A. 1468.

1459 Idem (2).

- (1) Ex Lib. Accepti fol. 30.
- (2) Ex eod. Lib. fol. 54 et ex Lib. Exp. fol. 179.

1460 Fr. **Stephanus** a Burgo S. Sepulchri, S. T. Magister, Prior (1); iterumque A. 1466.

1461 Idem (2).

- (1) Ex Lib. Accepti fol. 36.
- (2) Ibid. fol. 64

1462 Fr. **Leonardus Bartholomaei** iterum Prior (1).

1463 Idem (2).

- (1) Ex Lib. Acc. fol. 1.
- (2) Ex Lib. Exp. fol. 124, 127, 129.

- 1464 Fr. **Blasius Alberti Florentinus** Prior (1).
- 1465 Idem (2).  
(1) Ex Lib. Accepti folio 15.  
(2) Ex Lib. Exp. fol. 160, 163.
- 1466 Fr. **Stephanus a Burgo S. Sepulchri** iterum Prior (1).
- 1467 Idem (2).  
(1) Ex Lib. Acc. fol. 32.  
(2) Ex Lib. Exp. fol. 220, 230, 237.
- 1468 Fr. **Bartholomaeus Marci de Montepolitiano** iterum Prior (1).
- 1469 Idem (2).  
(1) Ex Lib. Exp. fol. 254, 266.  
(2) Ex Lib. Acc. fol. 1.
- 1470 Fr. **Iohannes Baptista Marci Florentinus**, S. T. Magister,  
Prior (1).
- 1471 Idem (2).  
(1) Ex Lib. Acc. fol. 8.  
(2) Ex Lib. Exp. fol. 105.
- 1472 Fr. **Philippus Pauli Florentinus** Prior (1).
- 1473 Idem (2).  
(1) Ex Lib. Acc. fol. 1.  
(2) Ex Lib. Exp. A. 1474, fol. 63.
- 1474 Fr. **Thaddaeus Iohannis Adimarii Florentinus**, S. T. M.,  
Prior (1).
- 1475 Idem (2).  
(1) Ex Lib. Acc. fol. 1.  
(2) Ex Altero Lib. Acc. fol. 1.
- 1476 Fr. **Dominicus de Viterbio**, S. T. M., Prior (1).
- 1477 Idem (2). Obiit die 7 Novembris; atque in eius locum  
substituitur a Patribus Coenobii Fr. Antonius Alberti Ala-  
bantius Bononiensis (3).  
(1) Ex Lib. Acc. huius Anni fol. 1.  
(2) Ex Lib. Acc. A. 1477, fol. 1.  
(3) Ex Lib. Exp. fol. 28.

1478 Fr. **Antonius Alberti** (1) **Alabanti Bononiensis** Patria sed  
1479 civitate donatus a Florentinis (2), atque in filium Coeno-  
1480 bii huius a Patribus adoptatus, S. T. M., Prior iam electus  
1481 post mortem Dominici de Viterbio, in eodem munere con-  
1482 firmatur hoc Anno (3). Eamdem praefecturam exercuit  
1483 summo Coenobii nostri bono, usque ad A. 1485, quo Ge-  
1484 nerali Christophoro Torniello adiutor adiungitur (4), pau-  
loque post succedit.

(1) In Annalibus dicitur Antonius Protasii: At in nostris Memorabi-  
lium Libris perpetuo Antonius Alberti.

(2) Ann. To. I. pag. 584. Lib. Exp. A. 1484. pag. 139, 140.

(3) Ex Lib. Accepti fol. 7.

(4) Ann. to. I. pag. 586.

1485 Fr. **Dominicus Anselmi** de Raconisio, S. T. M., Prior (1).  
1486 Idem (2).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 209.

(2) Ex Lib. Acc. fol. 1.

1487 Fr. **Iohannes Philippus** a Piceleone, S. T. M., Prior: (1) ite-  
rumque A. 1497. 1504.

1488 Idem (2).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 85.

(2) Ex Lib. Acc. fol. 1.

1489 Fr. **Franciscus Antonii** de Verona, S. T. M., Prior (1).  
1490 Idem. (2).

(1) Ex Lib. Memor. B. fol. 177.

(2) Ex eod. Lib. fol. 182, et ex Lib. Exp. fol. 144.

1491 Fr. **Michael Cambii** Florentinus Prior (1) iterumque A. 1500.  
1492 Idem (2).

(1) Ex Lib. Exp. fol. 128.

(2) Ex eodem Lib. fol. 147.

1493 Fr. **Nicolaus Christophori** de Cortona, S. T. M., Prior (1).  
1494 Idem (2).

(1) Ex Lib. Acc. fol. 1.

